

aliqua sub nu. 45. versic. sed simplex Commissarius, seu Executor, &c. Bald. in auth. sed cum testator sub n. 23. vers. licet teneatur C. de Episcop. & Cler. Fulgol. consil. 75. ex facto proponitur sub n. 3. vers. nam ex officio executionis, Capel. Tolos. q. 46. Grassi. in §. executores ultimorum voluntatum q. 7. Escobar. de ratiocin. c. 3. n. 18. vers. Item executor testamenti, &c. Rot. penes bo. me. Card. Cavaler. dec. 18. n. 6. versic. & in terminis, & in Rom. pecuniar. 14. Decembris 1646. coram me in §. Justitia vero, versic. sive consideretur, ut simplex executor testamentarius, &c.

Quoniam verò in proposito casu agitur de legato ad causas, operaque pia instituto, non solum attentis verbis Testatoris, quia eadem usus fuit denominatione, ibi, servasam per l'obra pia infinita, cies la myetat per tants subietes convictors del Seminario &c. fed inspecto fine ad quem fuit ordinatum. Tum in ea parte, quæ respicit commodum, ac sustentationem educandorum in Seminario, in quo Juvenes Clericali tonsura initiati, rudimentis fidei, Ecclesiasticisque disciplinis, ac bonis litteris, à personis Ecclesiasticis instruuntur, ut deinde sublimioribus studiis addicti, majores in dies fructus, in Ecclesia Dei, & Christiana Republica producere valeant; quare merito hujusmodi Collegia, in quibus hæc pietatis opera exercentur, inter loca pia recenseri solent, Episcopali que Jurisdictioni regulariter subijciuntur: Ac proinde legatum quoque ipsum pium & censeri debet tanquam ordinatum in causam ad opus pietatis, & charitatis directam, ad text. in cap. 1. & in cap. quia nonnullos de Magistr. ac in auth. habita versic. dignum namque existimus C. de fil. pro patr. & explicat Navar. in tract. de reddit. Eccles. q. 1. monit. 26. sub n. 3. versic. quare talia sunt, & infr. versic. ex hac radicali resolutione, ac seq. Alex. Monet. de commut. ult. volun. cap. 4. sub nu. 45. versic. relictum quoque &c. comprobatur Paul. Fusc. de visit. lib. 1. c. 15. à n. 3. versic. exinde utile semper fuit cum seqq. Tum etiam in altera parte beneficium eorum, & qui Sacra Theologiae studiis incumbunt concernente, cap. fin. de Magistr. & comprobatur ex Sac. Concil. Trid. sess. 5. de reform. c. 1. Tiraq. de privileg. piæ caus. in præfat. sub n. 6. vers. Item relictum causa studii. Menoch. præf. 115. num. 20. versic. undecimum est exemplum lib. 4. Navar. d. monit. 26. sub n. 3. versic. quamobrem studia Theologiae Monet. sub d. n. 45. cum aliis relatis per Modern. Roman. discept. 62. n. 3. vers. stante præsertim, &c. & seq. Quod sanè testamentum intentioni apprimè congruit, qui pro suffragio eorum animæ, ita disposuisse censetur, ut benè advertit Navar. dict. monit. 26. sub n. 4. versic. è contrario vero &c.

Propterea tenentur Executores piarum hujusmodi dispositionum administrationis eorum & rationes ipsis locorum Episcopis reddere, quibus officium hoc specialiter est demandatum, tam per Sac. Canon. in cap. nos quidem cap. si hæredes c. tua nobis c. pen. de testam. & in d. Clem. quia contingit in fin. princip. versic. in quo si forte & in d. §. Ut autem præmissa versic. illi etiam de relig. domib. quam ejusdem Sac. Concil. Decretis sess. 22. de reform. c. 8. & 9. & probatur etiam sess. 24. eod. tit. cap. 3. in vers. ne ve ipsi, aut quisquam suorum, ibi, pro visitatione etiam testamentorum ad ipsos usus, &c. Idemque civilibus quoque legibus receptum fuit in auth. de Ecclesiast. titul. in §. si quis edificationem, & in §. si quis autem pro redemptione captivorum, versic. in omnibus enim piis voluntatibus, & in auth. de Sanctiss. Episcop. in §. Oe-

conomos. Bald. in l. si quis ad declinandum sub n. 19. ad fin. vers. & de isto benè potest se introumittere Episcopus, & in l. id quod pauperibus n. 39. vers. nunc venio ad quintum, C. de Episcop. & Cler. Gemin. consil. 139. sub n. 9. versic. quod autem executores. Didac. in d. cap. tua nobis sub nu. 7. versic. quibus hic canon obstat. de testam. Alvar. Valaf. consult. 105. sub n. 58. versic. ex quo infertur & seq. Didac. Spin. in specul. testam. glos. 28. princip. sub n. 19. versic. hinc fit quod Episcopus &c. Joan. Franc. Leon. in thesaur. for. Eccles. p. 2. c. 2. sub n. 82. versic. vigesimo primo possunt etiam Episcopi, Rot. decis. 355. sub n. 1. p. 1. recent. & in Uladislavien. administrat. 30. Maii 1646. coram Reverendiss. D. meo Terracinen. in §. I. Monet. de commut. ult. vol. c. 10. sub nu. 478. versic. quoniam & ipse &c. cum aliis relatis per Moder. Roman. dec. March. 188. sub nu. 10. versic. per prædicta & seqq. usque in fin. & per Reverendiss. Barbof. Episcop. Ugentinum, de offic. Episcop. allegat. 75. n. 58. versic. de omnibus locis piis, ac seqq. & alleg. 82. n. 13. versic. sexto infertur cum seqq.

Verum, quia ex pluribus controversiis tum judicialibus, tum extrajudicialibus, & inter dictum Reverendissimum Archiepiscopum, & Magistratum, seu Consiliarios ejusdem civitatis, (quorum primus est alter ex præfatæ dispositionis executoribus) exortis, recusat illius Tribunalis iudicium juxt. Gloss. in cap. cum super Abbatia in figuratone casus versic. tum quia idem Episcopus causam habebat de offic. Jud. delegat. Bart. in tract. de Judic. suspens. post med. vers. item si Judices, Rota decis. 2. n. 9. vers. Septimo pro parte istorum p. 2. divers. Qua in re plurimum defertur arbitrio Judicis, qui interdum etiam leviores causas, & prout noverit expedire, admittere poterit, ut respondit Rota in Gerunden. Administrationis 6. Octobr. 1574. coram Robuster. sub n. 1. vers. & materia recusationis, apud Marchef. de commiss. part. 2. fol. 386. & dec. 93. n. 1. vers. & materia p. 1. & dec. 2. n. 1. vers. licet enim, & n. 13. vers. quia in hac materia p. 2. divers. & penes Pen. dec. 542. sub n. 3. vers. nihilominus, & latius in Conversan. Bonor. 15. Decembr. 1632. coram bo. me. Merlino in recent. dec. 165. n. 16. vers. quæ causæ, & seq. per tot. p. 6. Ideo ut iudicium hoc omni (ut de cetero) suspicionis prætextu remoto procedat, atque longiores evitentur circuitus. Domini ad quos vigore & commissionis Signaturæ Sanctiss. D. N. cum clausula, quam, & quas, & toto negotio principali &c. causa etiam super meritis est devoluta juxt. text. in c. ut nostrum de appell. Franch. in c. ut debius sub n. 45. vers. in gloss. pen. eod. tit. Rota dec. 4. de for. compet. in Antiq. & decis. 3. de Appellat. in nov. & penes Verall. dec. 152. p. 1. & sæpe in aliis. Censuerunt altera, in quem partes consenserint deputandum, vel alia ex officio eligendū, coram quo cum interventu ministri ipsius Reverendissimi Archiepiscopi exhibitæ, redditæque rationes prædictæ ad hoc Sacrum Tribunal remittantur, ut si quæ ex eis oriatur, ac superfit dubitatio & congruo Juris ordine decidatur, prout in his terminis fuit resolutum, in dict. Uladislavien. Administrat. 30. Maii 1646. coram Reverendiss. Tarracinen. ubi in §. nec obstat quod Episcopus &c. respondetur Decretum Sac. Concil. d. sess. 24. de reform. c. 10. vers. nec in his &c. non habere locum, quando proceditur in forma iudicii, sed tantum in ipso actu visitationis, * ac correctionis morum, qui est casus in eo decisus, ut pluries declaravit Sacra Congregatio Eminentissimorum illius Interpretum ibidem, relat. & per Modern. Roman. dict. decision. March. 188. n. 3. versic. non obstat & sequent. Barbof. de offic. Episcop.

Episcop. d. allegat. 73. sub num. 38. vers. Episcopus visitans.

Placeret tamen summopere, ac Christianæ Religionis, quam civitas ista insignis piissime proficitur, maxime congruum, & collaudandum esset, quod omnes Prælatum, ac Pastorem suum, qui Christi imaginem præ se fert, & vices gerit Apostolorum, in Ecclesia ipsi, divina ordinatione concedita, humili venerentur obsequio, piaque hujusmodi ejus mandata ad salutem animarum, & conscientia tranquillitatem, divinique cultus decorem intenta, reverenter suscipiant, * memores ejus quod S. Augustinus (cujus sacra ossa olim ibi quieverunt, ac nonnulla etiam adhuc veneranda monumenta servantur) scripsit in libr. Vet. & Nov. Testam. sub n. 35. vers. & cum aliqui &c. & sanct. mem. Anacle. Pap. in 2. Epist. ad Episcop. Italiae relat. in cap. 2. vers. ipsis quoque decedentibus distinct. 21. & Gregor. VII. in cap. quis dubitet 96. distinct. ac Clem. III. in cap. omnes Principes de major. & obed. & in aliis pluribus Sacra Scriptura, & Conciliorum, ac Canonum locis frequenter legitur, relatis etiam per Joan. Franc. Leon. in d. Theaur. for. Eccles. lib. 1. c. 11. n. 28. vers. nam Sacerdotes Christi & seqq. & Barbof. de Univ. Jur. Eccles. lib. 1. c. 8. n. 52. vers. de illo autem, & cap. 12. à num. 2. vers. in primis enim cum seqq.

Ut ille quoque sedato animo placidius valeat (quod jumentis expetit prout exhibitæ Eminentissimorum PP. Sac. Concil. Interpretum litteræ ad eum exaratae contestantur) vino, & oleo laucios * curare, prout admonet D. Gregor. in Moralib. lib. 19. cap. 12. & in Pastoral. p. 2. cap. 6. col. fin. vers. Sed erga subditos, & B. Isidor. in cap. omnes 45. distinct. ac Sac. Concil. Trid. sess. 13. de reformat. c. 1. & alibi.

Et ita fuit conclusum, utraque parte informante, &c.

DECISIO XLIX.

R. P. D. MELTIO.

Romana hæreditatis de Toscanellis.

Luna 31. Maii 1649.

SUMMARIUM.

- 1 Sorores æqualiter succedunt.
- 2 Monasterium excluditur ob renunciationem amplissimam Monialis.
- 3 Renunciatio, præmortuo renunciatario, resolvitur. Declara, ut n. 4. Facta per Monialem non censetur, favore agnationis, n. 6. & 7. Quando dicitur realis, n. 10. & II. Quando successione ab intestato comprehendat? num. 12.
- 5 Verba pro se, suisque, capiunt etiam extraneos.
- 8 Renunciationis causa una cessante, non cessat effectus.
- 9 Femina, etiam nupta, conservat agnationem.
- 13 Dispositio clara, nullam voluntatis questionem admittit.
- 14 Renunciatarium, non disponendo de bonis, censetur vocare renunciantem. Declara ut n. 15.
- 16 Læso non consideratur, in renunciationibus ex causa ingressus in Religionem, factis.
- 17 Solemnitates, ex quibus dicantur observatae. Statuti laicorum, non requiruntur in contractibus gestis cum Ecclesiastico, n. 18.
- 19 Mantentio datur hæredi, ex statuto, continuante possessionem defuncti.

Defuncto, ab intestato, Marco Antonio Toscanella, supersticibus duabus filiis foeminis nempe Domina Constantia, & Maria Virginia Moniali professa in Monasterio SS. Dominici, & Sixti, in sæculo, Maria nuncupata; orta fuit lis, & controversia, in Tribunali Eminentissimi Vicarii, inter eandem Constantiam, & Moniales dicti Monasterii, venientes ex persona ipsius Mariæ Virginis, super successione, in bonis hæreditariis dicti quondam Marci Antonii, præterente utraque parte mantentionem, in illorum possessione; & in utroque judicio, tam possessorio, quam petitorio, Moniales succubuerunt, dum emanavit sententia, per quam declaratum fuit, nullum jus nullamque actionem, ex persona dictæ Mariæ Virginis, illis competere posse, super dicta hæreditate, ut ex sententia data in sum. prima positione Constantia num. 3. Devoluta postmodum causa ad Rotam, per appellationem à dictis Monialibus interpositam, fuit, sub die 13. Junii anni 1646. disputatum dubium: an, & cui dandum esset mandatum, de manteniendo, sed DD. nulla, super hoc, capta resolutione, ordinarunt, quod videretur, super bono jure, ad effectum mantentionis. Quo dubio sub hac die proposito, ad favorem Constantiæ fuit responsum: Nam, licet Maria Virginia pro æquali successione, & cum Constantia, sorore, in bonis communis Parentis, ab intestato, defuncti, habeat intentionem fundatam, in dispositione Juris, juxta text. in l. res nob. §. hoc etiam in fine C. de Episc. & Cleric. prout etiam dictum fuit in Bononien. hæreditatis de Armis 18. Aprilis 1622. coram bo. mem. Merlino penes Modern. de legiti. decis. 47. num. 1. & seqq. stante tamen renunciatione, amplissimis verbis, per eam facta, ante emissam professionem, de omnibus bonis, & actionibus paternis, maternis, fraternalibus, & avitis, ad favorem patris stipulantis pro se, suisque, ut ex instrumento dictæ renunciationis summario Constantia num. 1. adeo remanet exclusa, ut Monasterium, ex ejus persona, in aliquo succedere non valeat, ad text. in c. si qua mulier 19. quæst. ult. & tradit Didac. in relect. c. quamvis pactum part. 3. qu. 3. sub nu. 4. vers. sæpe si pater, & vers. octavo quoties ad pactum in 6. Peregrin. consil. 44. sub nu. 16. vers. circa autem successione lib. 5. Alex. consil. 29. lib. 3. per tot. Menoch. præsumpt. 147. à nu. 7. vers. tertius est casus, & seqq. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 568. à nu. 18. cum seqq. & firmavit Rot. in Victorien. bonorum 2. Maii 1614. coram bon. mem. Manzanedo in recent. decis. 587. nu. 9. vers. & ex his, & per tot. part. 1. coram Buratt. decis. 310. num. 5. vers. quo verò ad Margaritam cum seq. & latius in Maceraten. pecuniaria 20. Junii 1644. coram R. P. D. meo Ortoobono in princ. & in Romana fideicommiss. de Cosciaris 16. Martii 1648. coram R. P. D. meo Corrado in §. firmata igitur vocatione.

Neque obstat, quod, cum de tempore renunciationis extaret in rerum natura, Curtius filius masculus dicti Marci Antonii, illius contemplatione, & favore agnationis provocata dicitur talis renunciatio, & ut pater liberam sibi pareret facultatem disponendi de dictis bonis, * quæ ratio cum cessaverit per prædecessum dicti filii sine liberis, ante patrem ab intestato defunctum, cessare quoque debeat objecta renunciatio, l. in omni. ff. de adopt. l. bis operibus §. acutis ff. de vocat. & excusat. muner. Bald. consil. 437. col. 2.

col. 2, versic. in contrarium videtur veritas lib. 1, Dec. consil. 433, n. 2, cum sequentibus. Cravet. consil. 42, in princ. & nu. 1. versic. Sed contrarium, ubi alios ad id allegat Gabriel consil. 130, nu. 11, lib. 2, Cancer. variar. resolut. lib. 3, cap. 15, n. 24, versic. tamen in casu proposito Rota in recent. decis. 543, n. 31, p. 5.

Quia contrarium visum fuit manifestè probari ex Instrumento renunciationis, in quo hæc præcisa verba leguntur, sed animo revolvens ad D. Marcum Antonium ejus Genitorem duobus aliis filiis gravatum, uno masculino, nomine Curtio, altera femina, nomine Constantia. Quæ quidem demonstrant renunciationem factam fuisse, non solum contemplatione Marci Antonii Genitoris, & Curtii fratris; verum etiam intuitu, & favore Constantiæ; ita ut, ipsa nunc superexistente, duret effectus renunciationis, nec Monasterium, ex persona D. Mariæ Virginis, aspirare valeat ab bona renunciata, ut in his terminis firmat Sanchez super decalog. lib. 7, cap. 7, n. 23, & seqq. Covar. in cap. quamvis pactum parte 3, §. 3, n. 4, versic. 7, si pater. Valquez de success. titul. de testam. potent. lib. 2, §. 18, requis. 29, lim. 1, n. 114, Rovit. consil. 43, num. 11, & consil. 44, num. 6, Alex. consil. 29, num. 3, in fine admittit etiam Rota decis. 96, num. 8, post Giliar. ad statum. Perus. Rot. in recent. d. decis. 543, num. 42, part. 5, recent. tom. 2. & in Romana renunciationis 7 Junii 1634, coram reverendissimo Domino meo Decano, Romana successione de Comitibus 15 Januarii 1642, coram eodem §. his tamen non obstantibus; stante præsertim acceptatione dictæ renunciationis, facta per eundem Marcum Antonium Patrem, pro se, suisque, & quæ quidem verba simpliciter prolata, absque ulla mentione filiorum; descendendum comprehendunt hæredes, & successores, quoscumque, quando, prout hic, subiecta materia compatitur, ut in similibus terminis tradit Alex. consil. 26, sub num. 2, versic. & præfatus Princeps, ac num. 3, lib. 5, quem refert, & sequitur Modern. Lusitan. claus. 111, num. 2, Rota coram Seraph. decis. 703, num. 2, versic. accedat, quod ipsa, & in recent. decis. 703, nu. 10, versic. non obstat. quorum appellatione cum veniant, tam masculi, quam feminae, Paris. consil. 26, num. 27, lib. 3, Surd. consil. 244, nu. 13, Menoch. consil. 6, numer. 16, utique & ipsa Constantia in dicta acceptatione tacite comprehensa dici debet.

Prædicta eo facilius DD. visa fuerunt procedere, quia versamur in renunciatione emissa ab ingressa Monasterium, & profiteri volente, atque protestante, se velle Altissimo perpetuò famulari, ut habetur in proemio ibi exposuit divino afflante spiritu proposuisse Deo omnipotenti servire, & à seculo se abdicare, mundo, & pompis ejus renunciare, quæ verba claram demonstrant intentionem renunciantis, ut nempe ipsa cogitans de ingressu Religionis, in tantum bonis, & hæreditati paternæ renunciaverit, & in quantum abjectis curis humanis præ oculis solum Dei servitium habebat, non autem inanem decorem familiæ; unde hæc causa dicitur verè, & propriè finalis, Natt. consil. 609, nu. 50, & seqq. Cravet. consil. 142, num. 9, in puncto. Soccin. consil. 183, num. 3, lib. 2, versic. postremo dico Dec. consil. 86, col. 4, num. 5, versic. quantum vero; Eo magis terminis renunciationum occasione ingressus Religionis, quòd illæ intelligantur factæ, non contemplatione solius agnationis, sed etiam, ut aliæ sorores, majori cum dote,

matrimonium contrahere possint, tenet Covar. in cap. quamvis part. 3, §. 2, num. 4, versic. tertia ratio de pact. in 6. quem refert, & sequitur Menoch. præsumpt. 147, num. 9, vers. ea ratione, & ita fuit responsum in dicta decision. 187, sub num. 4, vers. quibus non obstat, & seqq. part. 1, recent. & in dicta Maceraten. pecuniaria, 20 Junii 1644, coram R. P. D. meo Ottobono sub §. & in hanc sententiam, ubi, quod causa finalis hujusmodi renunciationum, illa esse solet, ut humanarum rerum curis omnino exemptæ, & liberæ puellæ renunciantes, Deo ferventiori, & magis quieto animo inservire valeant, Dec. consil. 31, num. 5, versic. ult. non obstat. Rovit. consil. 49, num. 7, & 14, lib. 1, Mart. cautel. de donat. templ. matrim. fol. 579, nu. 127, versic. ex quo Rovit. Vinc. de Franch. decis. 345, nu. 2, Rot. decis. 714, sub num. 2, part. 2, recent. & in dicta Romana successione de Comitibus 22 Junii 1642, §. conjeturæ coram Reverendissimo Domino meo Decano.

Accedit ulterius, quòd nec causa conservandæ agnationis, legitur expressa, in renunciatione, de qua agitur, & quatenus illa veniret, virtualiter intelligenda, ex præexistente masculi de tempore renunciationis, adhuc illa esset tantum impulsiva, non autem finalis, juxta Gloss. in l. 2, §. final. & ibi Bart. ff. de donat. ubi Alber. n. 3, Roman. n. 2, quia etiam remota causa conservandæ Agnationis, nihilominus Maria Virginia, verisimiliter dictam renunciationem fecisset; tum ex causa amoris erga patrem suum, & attenta receptione congruæ dotis ab ipso, expulsa, ut post Soccin. consil. 34, n. 5, lib. 4. Tum quia cogitans de ingressu Religionis præter dotem, & reditum annuum scutorum 50. præstandum Monasterio, jam animo suo proposuerat, perpetuam paupertatem in eo vivere, Dec. consil. 31, n. 5, Rot. dict. decis. 587, n. 7, part. 1, recent. & in dicta Maceraten. sub §. & ulterius fuit consideratum; cum aliis supra citatis.

Hinc sequitur, quòd quatenus conservatio Agnationis, dici etiam posset causa finalis hujusmodi renunciationis, nihilominus, ex quo prædicta Maria Virginia, non fuit contemplata solum agnationem, sed simul concurrunt aliæ causæ finales, videlicet illa amoris erga parentem, & congruæ dotationis, ac ingressus in Religionem; proinde ex solo defectu & Agnationis, cessare minime deberet effectus renunciationis, ut in his terminis bene concludit Gratian. discept. forens. cap. 971, num. 6, & 7, & firmavit etiam Rota dec. 587, n. 7, p. 1, recent. & in d. Maceraten. in dicto §. Ulterius in fine.

Addebant præterea DD. quòd nec minus dici possit Agnationem fecisse, per mortem Curtii fratris, cum illa præservetur in Constantia forore, & quæ, licet nuptiæ tradita in aliena familia, quousque tamen vivit, sui progenitoris familiam conservat, l. volumus, ubi Bald. nu. 2, C. de fideicom. Ruin. consil. 150, nu. 12, & consil. 154, n. 4, lib. 2, Soccin. sen. consil. 227, n. 5, vers. quarto idem accedat lib. 2, Peregrin. consil. 42, nu. 10, versic. at ubi masculus, cons. 58, per tot. cons. 149, n. 24, in fin. & consil. 159, n. 14, vers. tertius est casus, lib. 5, Cephal. consil. 53, n. 76, versic. ubi femina, Gabr. consil. 195, num. 3, vers. qui femina san. mem. Greg. XV. decis. 464, nu. 6, cum aliis in Bononien. fideicommissi de Beateris 17 Februarii 1642, coram bon. mem. Merlino, & 13 Decembris ejusdem anni coram R. P. D. meo Cerro, §. quia ultra quod, & in his terminis dixit Rota, d. decis. 587, n. 8, p. 1, &

& Maceraten. pecuniaria 20. Junii 1644. coram R. P. D. meo Ottobono §. neque obstat annunciationem circa finem.

Neque visum fuit subsistere, quòd renunciatio, de qua agitur, non comprehendat successiones parentum ab intestato, & sic dici nequeat, quòd illa operetur subductionem filie renunciantis à Jure succedendi Patri decedenti ab intestato; sed tantum in casu, in quo Pater, utendo facultate sibi à renunciante attributa, disponendo de bonis renunciantis testatus decessisset. Nam præter quòd dicta renunciatio concepta amplissimis verbis, cum clausula constituit, ad habendum & pacto expresso, de amplius quidquam non petendo, dicitur realis, & indistinctè excludit renunciantem, perinde ac si illa in rerum natura nunquam fuisset, Joan. Andr. de Georg. alleg. 22, n. 2. Gabr. consil. 89, n. 15, versic. nisi ex aliis lib. 1. Molfes. in consuetud. Neap. iii. de renunc. q. 2. n. 14. Merlin. Pignatell. contr. 29, n. 14, Franch. dec. 375, n. 2, & dec. 552, n. 2. Maltrill. dec. 65, n. 11. Rota in Romana successione de Comitibus, 13 Junii 1642, cor. R. D. meo Decano, §. Prædicta; & in dicta Maceraten. pecuniaria §. quod verò; fortius procedit in hac facti contingencia; & in quo renunciatio emanavit, occasione ingressus Religionis, quæ ut facta, propterea præsumatur animo omne jus perpetuò à se abdicandi, tradunt Dec. dicto consil. 31, n. 5, col. final. vers. ultimo non obstat, Gratian. discept. forens. c. 568, n. 31, aliique relati per Altograd. consil. 66, n. 28, & seqq.

Sed removetur quæcumque difficultas, ex lectura ipsius Instrumenti renunciationis, dum non solum illa concepta legitur universalibus verbis, ibi, vel ex alio quocumque capite, & titulo, quandocumque succederet, vel succedere posset, aut valeret, quæ omnes succedendi modos & prorsus comprehendunt, l. quidam in princ. ibique gloss. in verbo, quomodo, ff. de fideicom. libert. Menoch. consil. 344, n. 19, vers. ita dicimus, Mascard. de probat. concl. 1131, sub n. 16, vers. nam cum verbum Grat. decis. Marchie 51, n. 17, vers. & dicta verba. Verum etiam specialibus illis; ex quocumque capite & ex quavis dispositione, tam ab intestato, quam ex quibusvis testamentis, tam conditis, quam in futurum condendis & inferius, ibi, de qua quidem dote dicta Domina Maria se contentam vocavit pro omni, & toto eo, quòd à dictis hæreditatibus dictorum suorum Parentum, & aliorum, tam ex testamento, quam ab intestato petere posset. Quæ sanè verba, cum sint clara, & nullam voluntatis quæstionem admittunt, l. ille, aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Rota decis. 45, num. 5, vers. addebant aliqui ex DD. p. 1, recent.

Hincque inferitur non applicari conclusionem, in qua informantes pro Monialibus, valde insistebant, quòd renunciarius tunc dicatur uti renunciatio, & renunciantem excludere, * quando de bonis renunciatis disposuit decedendo testatus, secus, si non disposuit, & intestatus decessit quasi tunc præsumatur disposuisse ad favorem vocatorum à lege, & renunciantem iterum ad bona renunciata, voluisse revocare, ad tradita per Bald. consil. 437, n. 2, vers. in contrarium videtur lib. 1. Guidon. dec. 192, sub n. 2, Marant. disput. 10, n. 14, vers. secus esset, aliique relati in dicta Maceraten. pecuniaria coram R. P. D. meo Ottobono in §. Agnationis itaque contemplatio. Nam ultra quòd dicta conclusio procedit ad exclusionem extranei, * in quibus terminis loquitur dicta Maceraten. ibi, fiamque velle præferre extraneis, non autem ad exclusionem personæ specificæ, in ipsa renuncia-

tione contemplatæ, qua durante, Renunciarius nunquam admittitur ad bona renunciata. Admitti posset, quotiescumque in renunciatio non fuisset facta expressa mentio de successione ab intestato, in quibus terminis loquuntur omnes in contrarium adducti, & est casus dictæ decisionis Maceraten. secus autem est quando (prout hic) renunciarius expressè renunciavit, etiam successioni ab intestato; quia tali casu nunquam ceteri potest revocatus ad bona renunciata, si ve renunciarius obierit testatus five intestatus, cum ei semper obset renunciatio, ut probant ex diametro omnes in objecto relati, idemque refertur decisum fuisse penes Giliar. ad statum. Perus. decis. 96, n. 8.

Minusque relevantiam aliquam habet objectio læsionis enormissimæ, ex eo deductæ, quia tam recepta dos scutorum mille, quam annua præstatio scutorum 50. compensata præterdum cum solo legato scutorum 1500. relicto dictæ Mariæ Virginis, à quadam Cucida ejus Amita. Quia in hujusmodi renunciationibus * emanatis ex causa ingressus in Monasterium, ad favorem propinquorum, nunquam consideratur læsio, etiam si modico aliquo accepto, spes opulentissimæ hæreditatis, necnon ingens patrimonium fuerit remissum à renunciatis, ut per Molin. de primogen. lib. 2, cap. 3, sub n. 27, vers. in hac autem re. Maltrill. decis. 65, sub n. 11, versic. accedebat & seq. Rovic. consil. 44, sub n. 15, vers. & est maxima differentia lib. 1. Rota in recent. decis. 714, sub n. 9, vers. & non militant, & vers. atque hinc part. 2. & in aliis pluribus relatis in Romana fideicommissi, de Cosciaris, §. Prædicta verò, & in §. insinuatio autem, coram R. P. D. meo Corrado.

Neque objectus defectus solemnitarum requisitarum per statutum, habitus fuit pro considerabili, quia omnis alii responsionibus, cessat hodie ex facto, cum respectu solemnitarum requisitarum, ex dispositione statuti urbis, lib. 1, cap. 151, illæ servatæ probentur, ex lectura instrumenti ipsius renunciationis: Nam apparet omnia gesta fuisse cum Judicis decreto, * & consanguineorum interventu, ac consensu palam, & bona fide ad l. pupilli, §. Item ipse Tutor, vers. sanè, ibique gloss. in verb. palam, ff. eodem l. non existimo vers. & multum refert, ff. de administr. & pericul. tut. & curat. Alex. in l. 1, §. fuit quæsitum sub n. 2, versic. in contractu ultrò citroque obligatorio, ff. ad senat. consult. Trebell. cum aliis relatis in dicta Romana fideicommissi de Cosciaris, §. quia solemnitates vers. & omnia gesta fuerunt, coram R. P. D. meo Corrado; Respectu verò insinuationis præscriptæ ab eodem statuto Urbis, lib. 1, cap. 150, quod & ipsa intervenerit in renunciatio, de qua agitur, probat Instrumentum publicum insinuationis factæ à Felice Torricella, uti Procuratore ad id specialiter constituto, per dictam Mariam Virginiam, summ. penultima positionis Constantiæ, num. 4, sed ulterius solemnitates hujusmodi minus necessariæ visæ fuerunt, in tali renunciatio, quia cum illa ratificata, & confirmata fuerit, post ingressum in Monasterium, nempe die 24. Augusti 1623. certum est, quòd non erant eo tempore servandæ solemnitates statuti laicorum, & ex quo jam persona Ecclesiastica reputabatur, ut sæpius respondit Congregatio Eminentissim. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum, ac Rota firmavit coram Reverendissimo Urgellen. dec. 121, à n. 37, versic. neque obstat, & in Romana fideicommissi, de Comitibus 15. Januarii 1642, §. & videtur cessare, & 23. Junii in §. neque